



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XV. De officio Vicarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

non quod illi caro, vel humanus sensus suaserit. Eapropter facies libris iugiter insisteret illum oportet: nec enim sufficit pralatis bona conversatio, nisi addatur scientia doctrinae.

*Episcopus hospitalis esse debet & liberalis. h.d.*

**S**ed & nec utramque sibi sufficere credit: nam largam quoque manum habere debet, & necessitatibus patientibus subvenire, alienam inopiam suam credens. Res suas inter his tristiones, venatores, aut auropes minime dispenset: pauperes potius in hospitalio recipiat, & faciliter exemplo suo ad hospitalitatem subditos attrahat.

*Traletus debet sobrius esse, prudens & peritus, non solum portavimus, verum etiam negotiorum.*

Obrui sit, non violentus e: non sit percussor \*, & ad vindictam fastid: imo in omnigenere rerum agendarum prudenter secum habeat: si enim manum aut debilem sancta contigere nequaquam lex divina permettit, quanto magis doni coelestis dispensatores esse non convenient (id quod ea daturus) mente debilitatos.

*Episcopus non debet secularibus negotiis se implicare. b.d.*

**S**icut autem Episcopum nullo errore convenit involvita nulla debet copiditate coripi: & propterea luxurii cupidus esse prohibetur, & aliqui etiam honesto negotio d: ut libi victim & necessaria querat, operante. Nam & Dominus negotiatorum de templo verberatus expulit: & Apostolo telle, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

*Pudicitus studiosus esse debet Episcopus. b.d.*

**V**dicus & quoq: debet esse, & moribus & verbis pudorem praefere. Eapropter Maguntino Concilio statutum legitur, ut nullus sacerdos feminas, de quibus suspicere potest esse, retineat: sed neq: matrem, aut amitam, aut foro retinebat: quia & in illis, instigante diabolico, scelus perpetratum reperitur, aut in pedestre equorum. Itaq: domesticarum & quoq: personarum immoderata familiariatem vitabit.

*Qualis quis sit interior, debet per exteriora demonstrare. b.d.*

**O**portet b: item Episcopum ceterosque Ecclesiasticis officiis mancipari, per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem indicate, & ideo, si praterquam ex causa urgente, indumentis, prater ordinis ac officii decorum, praeferim publice, luxuriantur, illorum impudenter variis modis, non minus recentioribus, quam antiquis Pontificum decretis coercetur. In summa, cum pro populo Episcopi suffragatores ad Deum parentur, necesse est ut omni genere virtutum ejus gratiam habere intantur: quia cum is, qui displaceat, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

#### DE OFFICIO ARCHIDIACONI

*TITVLVS XIII.*

Archidiacus est a bore constitutus vicarius, & quasi oculus Episcopi, & inter clericos cognoscit, visitat, & corrigit, emendat, & ardua ad Episcopum deferit, de cuius uentura poterit etiam excommunicare, hoc dicit.

**Q**uoniam vero gravis & lata est Pastoralis officii cura, recte constitutus est, ut aliqui in Ecclesia sint, qui una cum Episcopo onus ferant, & sibi Pralati valeant sublevare sollicitudinem. Talis est Archidiacus, qui major post Episcopum, & eius vicarius reperiatur. Cujus vigilancia & solertia usque adeo

a. Dif. 36. & seq. b. Dif. 42. c. Dif. 44. in sum. & per totum. \* dif. 43. d. Can. 2. 21. q. 3. & per totum. e. In sum. dif. 43. f. Ca. ext. de cohabit. cle. & mul. g. Dif. 34. in sum. & per totum. h. Dif. 40. & de 2. cod. tit. de xii. & beneft. pral. i. Cap. i. & c. ad hec nos. extr. evol. tit. & per totum. can. i. vers. Archidiacus. dif. 25.

in domo Dei excubare debet, ut oculus Episcopi non immixtum meruerit appellari. Ea propter debet is audire jungia singulorum, & qua corrigenda & emendanda viderit, corrige & emendare. Quod si qua fuerint ita ardua, quod per cum commodè non possint terminari, ad Episcopum suum deferet. Dispicet quoque ut Primicerius, Sacrista, & Castos injuncti sibi munera sollicitudinem diligenter execuantur. Sed & tertio quoq: anno, si Episcopus non poterit, univerlam Parochiam circumire debet, & cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, secundum Canonicas sanctiones corriget: & si Episcopi authoritas accesserit, excommunicationis etiam sententiam feret.

#### DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

*TITVLVS XIV.*

Archipresbyter est vicarius Episcopi, circa divina: & Archipresbyterorum duo sunt species. h.d.

**N**on ab similes Archidiaconis Archipresbyteri habentur: nam & ii. Prelati sibi circa spiritualia curam sublevant a. Horum autem duplex est species: alii enim urbanisunt, ali autem exteris. Urbani sunt, qui prafulsi sibi absens circa divina in urbe vicem subfident, aut presentis curam minuant: ut officium inchoando, celebrando, & benedicendo, & cunctis proviendo, qua facerdotum ministerio perfici debent.

*Qua sit poftae foraneorum Archiprestorum. h.d.*

**E**xteri sunt b, qui circa singulas plebes confiruti, non solum vulgi solitudinem gerant, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugis circumspectione custodiunt debent: qui licet suis prafinis plebis, ut Episcopus Matrici praefit Ecclesia: nihil tam contra sui praelitis ordinare decretu audere debent.

*Obtinetes aliquam præposituram, debent etiam habere ejus præpositura ordinem. b.d.*

**A**dmanendi e sunt autem ii, qui præpositura alicuius administrationem canonice volunt obtinere, ut non solum nomen, verum etiam ordinem habere studiant. Vnde d: nisi qui Archidiaconatum tenent, Diaconi: aut qui Archipresbyteratum, Presbyteri infra annum hanc, amittent honorem, etiam si justa causa prohibente Presbyteri aut Diaconi esse non potuerint.

#### DE OFFICIO VICARI.

*TITVLVS XV.*

*Vicarius Episcopi non potest majorare, punire, privare beneficiorum, vel eadem conferre, nisi haec specialiter sibi committantur. h.d.*

**P**er Vicarinum quoque, cum Episcopus per seipsum defervire & rendere rationabilis causa prohibetur: aut praefons, omnibus commodè par esse non potest. Episcopalis representatur autoritas. In quo ramea illud advertendum est, quod licet per generalem officii commissionem Vicario factam e, caularum cognitione transferatur: potestas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos à suis beneficiis vel administrationibus amovendi, vel beneficia conferendi (nisi specialiter concessâ sit) non transferatur.

*Habens curam annuarum in diversis Ecclesiis, vel laicis, non potest constitui vicarius.*

**D**ebet autem Episcopus circumspectus esse, ne laicum vicarium sibi constituat. Indecorum est enim laicum hominem viro Ecclesiasticos judicare: nec in uno eodemq: officio debet dispars esse professo. Quod eriam lege divina prohibetur, dicente Moyle, Non arbitri in bore & auro. Inde & Honoriiana constitutione cavitur g. Ut Epi-

a. Can. i. vers. Archipr. dif. 25. b. C. fine. tit. c. Cl. 2. de arat. & qual. d. Can. i. dif. 60. e. C. 2. & cop. seq. ex. tit. in 6. f. Can. in nona additione. 16. q. 7. g. C. 2. ext. ex. tit.

scopus eum qui perpetuam Vicariam obtinet, per subtractionem proventuum, vel ipsius Vicariaz ablationem compellat, ut se in presbyterum promoveri faciat.

*A Vicario appellatur ad Archiepiscopum: ab Archidiacono ad Episcopum. b. d.*

**I**nter Vicarium autem & Archidiaconum illud interest, quod à Vicario, non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum a ab Archidiacono vero, nisi aliud Ecclesiastum inducat consuetudo, ad ipsum, cui immediate subjacet, Episcopum erit appellandum.

#### DE COADIVTORE.

##### TITVLVS XVI.

*Ex causa datur Episcopo coadjutor, cuius datus ad fidem Apostolicam spectat. b. d.*

**A**ccepit b. etiam interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sans mentis consilio destitutus, super suum gregem excusias ducere non possit: ea propter vir providus & honestus, illi in coadjutorem adjungendum est: per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur. Cujus datus, cum de causis majoribus esse conser, ad fidem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: ceterum, si procul ab Apostolice sede Episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianam constitutionem tenorem providendum erit.

*Etiam inferioribus ad Episcopum dandus est coadjutor: & utriusque facultatis Ecclesia erit subveniendum. b. d.*

**N**ec e solum Episcopis dandus erit coadjutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus: unde, si vel Ecclesia Rector, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediti, ut Ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoque coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda, d. ut utriusque facultates, eccl. vita necessaria ministrantur.

#### DE COREPISCOPORVM VSV SUBLATO.

##### TITVLVS XVII.

*Corespiscorum usus sublatu est. h. d.*

**F**rant olim & Corepisci, quibus circa plurima cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tamen Romana sede, quam in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam improba & supervacanea, est penitus interdicta e.

*Matrimonium spiritualis dissolvitur translatione, renunciatione, & depositione. b. d.*

**V**idimus hucusq; de spiritualis fecdere conjugii, quod e inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod e electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari: item de moribus, & Vicariis, & adjutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia removetur: & sic quomodo tale conjugium præter mortem dissolvitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renunciatione, & depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de translatione.

#### DE TRANSLATIONE.

##### TITVLVS XVIII.

*Translatio inducta est ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate effante, translatio irritatur. h. d.*

**a** C. Romana. de app. in 6. **b** C. t. de cl. agror. vel debil. in 6. **c** Per totum tis. extr. de elec. agro. **d** Cap. i. §. praesens quoq; de cl. agro. in 6. **e** Can. Corepiscopo. & seq. di. 68.

**T**ranslationes, quæ & mutations a municipiis possunt, instituta sunt utilitatis & necessitatis. **T**ransfertur, in aliâ transfertur, in qua magis posse posse verisimiliter existimat. Sic olim princeps Apostolorum de Antiocheni civitate se Romanum traxit, ut feliciter ibidem copiosius proficeret posset. Necesse est vero nonnunquam episcopatum sed mutationes fieri solent, hoistum urgente meo. Sed hoc casu si civitatem, de qua effugerit Episcopus, ab hoilo liberari e, & ad priorem statum contingit revocari, etiam expulsus revertetur.

*Episcopos transferre, ad solum Romanum Ponitam potest hoc dicere.*

**S**ciendum est autem Episcoporum translationes, sicut etiam inferiorum, ad solum Apostolicos fides auctoritate certissima ratione pertinere: neque super haec matrimonii quicquam præter ejus assensum immunit debere, aut posse. Quod obtineri non solum si Episcopus est consecratus, verum etiam si tantum electus fuit electus, & confirmatus: cum (ut supra dictum) electionem & confirmationem, inter personas electorum & electi, conjugium sit spirituale contractum.

*Qui propria auctoritate se ad aliam Ecclesiam contulit, & habita carebit, & ambita. b. d.*

**E**apropter e quicunque avaritiae duci, aut ambitus impulsu, Ecclesia sua mediocritate depeccat, & maiorem sese plebem propriâ auctoritate transluit, a cathedra repellit debent aliena, & carere propria in ecclesiis praefideant, quos per superbiam sperverant: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum conceperunt. Sicut enim vir f non debet adulterare uxores istam ita nec Episcopus temere Ecclesiam, ad quam electa fuit, relinqueret, ut altera sese conjugat, etiam si proculo fuerit attractus.

*Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopibus, traditum non ad Ecclesiis inferioribus. b. d.*

**N**on absimilis Iuris ratio obtinet in presbyteris & ceteris infra Episcopalem dignitatem. Nam si vel qualibet causa, propria quis auctoritate h. cum altero suum beneficium permute voluerit, & que proprii beneficij jacturam faciet. Beneficium enim & præbendarium permutationes generaliter est prohibentur: præterim passione prædicta, quæca spiritualia, vel spiritualibus annexa, tempore licet. Monie continet: licet possit Episcopus e uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui unius loci minus sunt utilis, alibi se valeant utiles exercent.

*Si permutatio beneficiorum compleretur una pars, & per alteram fiat quo minus impeditur, refutatur pars ad suum beneficium. hoc dicit.*

**V**obumentum tamen est ei, qui de permutatione cum alio habito tractatu, præbendarium suum cunligat, set, ab alio qui cum permutationis tractatu habuit, & qui postea suam resignare recusat, decepit: cum enim decepit, & non decipientibus jura subvenient, licet is qui renunciaverit, a se beneficium abdicasse videtur, tributa tamen est simplicitate venia, constitutumque ut ad regnum beneficium reverti possit.

*Collatio de beneficio causa permutatione vacante, facta a quā permutantibus, non tenet. b. d.*

**E**t generaliter, ne concessione Iuris uteribus, præstum circa spiritualia, illudatur, si qua beneficia ex-

**a** Can. ratificatione. 7. q. 1. **b** Can. sciss. frater, & seq. 4. 7. q. 1.

**c** Ca. pastorali offici. dist. 7. q. 1. **d** Cap. & si. extr. ed. 10. de transla. Epis. **e** Ca. quando, extr. ed. iii. **f** Can. sciss. v. 7. q. 1. **g** Can. sciss. alterius. in fi. d. 7. q. 1. **h** Cap. cum elem. magister. extr. de rerum permuat. **i** Cap. quædam. extr. de rerum permuat. **k** Cap. cum unius versorum, extr. de rerum permuat.